

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

XCVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

## XCVI.

HEINRICUS REX ROMANORUM EGENONI COMITI  
FRIBURGENSI JUDÆOS FRIBURGI CAPTOS  
CONDONAT.

A N N O      M C C X X X .

*Ex autographo tabularii Bada-Durlacensis.*

**H**einricus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Vniuersis Imperii fidelibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, Gratiam suam & omne bonum. Ad noticiam vniuerorum cupimus ex insinuatione presentium peruenire, quod nos dilecto fideli nostro *Comiti Egenoni de Friburc*, eo quod Judeos nostros apud Friburc captiuauit omnem rancorem & indignationem, quam exinde contra ipsum habuimus, remisimus ex toto corde. Mandamus itaque sub obtentu nostre gratie firmissime precipientes, quatinus nullus ausu ductus temerario, prenotatum Comitem vel homines suos, ad querimoniam alicujus Judei gravare vel dampnificare presumat. Quod, qui attemptauerit, grauem offendam & indignationem nostre celsitudinis se nouerit incursum. Ut autem maior certitudo super premissa remissione in posterum habeatur, presens scriptum sigillo nostre celsitudinis communitum memorato Comiti precepimus exhiberi. Testes, qui interfuerunt hii sunt: Venerabilis Abbas Sancti Galli. H. Pronotarius H. & H. Marchiones de Baden. Com. A. de Hauspurc. Com. H. de Alsacia. G. de Hohen-

Ioh. de Rapoldefsteine. E. de Walpucr dapifer. L. & E. de Grinde-  
lahe & alii quamplures. Dat. apud Brifacum Anno Domini MCCXXX.  
Idus Augusti Indictione Tercia.

||  
(L. S. maj.)



### XCVII.

HERMANNI V. MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ  
FUNDATIONIS PRÆCEPTORIÆ ORDINIS TEU-  
TONICI IN ULMA.

C I R C A     A N N U M     M C C X X X .

*Ex tabulario Bada - Durlacensi.*

**I**n nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis **H E R M A N N U S** *Dei Gratia*  
*Marchio de Baden* omnibus tam præsentibus, quam futuris Salutem,  
& veritati testimonium non negare. Labilis humanæ fragilitatis memo-  
ria necessario scripturarum requirit adminiculum, ut cum aliqua fiunt  
a modernis, quæ sunt memoria digna, scripto commendentur, ne à po-  
steris ignorantiae aut oblivionis vitio indebitate retrafftentur. Nosse itaque  
cupimus universitatem fidelium, quod cum dilectissimus beatæ recordationis Germanus frater noster *Fridericus*, igne Sancti Spiritus succensus,  
se ipsum abnegasset, & assumpta cruce Dominum sequi desiderasset, nos  
felici proposito ipsius congaudentes ut laboris sui participes mereremur  
fieri, fideliter ipsi permisimus, quod quamcunque partem proprietatis  
tam suæ quam nostræ, pro remedio animæ suæ Domino vellet conferre  
oblatio-